Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Sanctus Augustinus episcopus: sermo de sancta trinitate

urn:nbn:de:bsz:31-6715

Visual Library

hominеſ ibidem commanen
teſ crudeleſ erant et impii ſi
mulachra colenteſ idola ſa
crificiiſ uenerанteſ obſer
uanteſ auguria et diuinati
oneſ et multa quae contraria
ſunt cultui diuino ſuper
ſtitioſa ſectanteſ XII
Sci igitur homineſ cum coe
piſſent inter illoſ habitare
docebant eoſ adorare patrē
et filium et ſpm ſcm et
cuſtodire fidei ueritatem
Beatuſ quoq; galluſ ſci uiri
diſcipuluſ zelo pietatiſ
armatuſ fana in quibuſ
daemoniiſ ſacrificabant
igni ſuccendit et quaecūq;
inuenit oblata dimerſit
in lacum qua cauſa per
moti ira et inuidia ſcoſ
inſectabantur et commu
ni conſilio gallum pime
re uoluerunt columba
nū uero flagelliſ caeſum
et contumeliiſ affectum
de ſuiſ finib; ꝑturbare

SERMO SCI AVGVSTINI EPI
DE SCA TRINITATE

INGREDIAMVR
SIMVL CARITATIS VIAM
tendenteſ ad caelum de quo
dictum ē Quaerite faciem
eiuſ ſemper; Et hoc placitum
pium atq; tutum corā dno
dō nrō cum omnibuſ inte
rim qui ea quae ſcribo le
gunt et in omnibuſ ſcriptiſ
meiſ maximeq; in hiſ ubi
quaeritur unitaſ trinitatiſ
patriſ & filii et ſpſ ſci Quia
nec periculoſiuſ alicubi er
ratur nec laborioſiuſ aliquid
quaeritur nec fructuoſiuſ
aliquid inuenitur
II Omneſ quoſ legere potui
qui ante me ſcripſerunt
de trinitate quae dſ eſt diui
norum librorum ueterum
et nouorum catholici tra
ctatoreſ hoc ſecundum ſcri
pturaſ docuere quod pa
ter & filiuſ et ſpſ ſcſ uniuſ
ſubſtantiae inſeparabili ac

qualitate diuinam inſinu
et unitatem. Ideoq; non
ſunt treſ dii ſed unuſ dſ.
Quamuiſ pater filium genu
erit. & ideo filiuſ non ſit
qui pater eſt. filiuſq; a pa
tre ſit genituſ & ideo pater
non ſit qui filiuſ ē. ſpſ q;
ſcſ nec pater ſit nec filiuſ.
ſed tantum patriſ et filii
ſpſ. patri & filio etiā ipſe
coaequaliſ. et ad trinitatiſ
pertinenſ unitatem.
Non tamen eandem trini III.
tatem natam de uirgine
maria. & ſub pontio pi
lato crucifixam et ſepul
tam. tertia die reſurrexiſ
ſe. & in caelum aſcendiſſe.
ſed tantummodo filium.
nec eandem trinitatem de
ſcendiſſe in ſpecie columbae
ſup ihm baptizatum. aut
die pentecoſte. ſiue poſt aſcen
ſione dni ſonitu facto de caelo.
quaſi ferretur flatuſ uehe
menſ. et linguiſ diuiſiſ uelut

igniſ. ſed tantummodo ſpm
ſcm. nec eandem trinita
tem dixiſſe de caelo. tu eſ
filiuſ meuſ. ſiue cum bapti
zatuſ ē a iohanne. ſiue in
monte. quando cum illo
erant treſ diſcipuli. aut
quando ſonuit uox dicens.
et clarificaui. & iterum cla
rificabo. ſed tantummodo
patriſ uocem fuiſſe ad fili
um factam. Quamuiſ pa
ter et filiuſ et ſpſ ſcſ ſicut
inſeparabileſ ſunt. ita in
ſeparabiliter operentur.
haec et mea fideſ ē. quando
haec eſt catholica fideſ.
Sed in ea nonnulli ptur IIII
bantur. cum audiunt
dm patrem. & dm filiū.
et dm ſpm ſcm. et tamen
hanc trinitatem non
treſ deoſ ſed unum dm.
& quemadmodum intel
legant quaerunt. Prae
ſertim cum dicitur inſe
parabiliter operari tri

nitatem in omni re quã dſ
operatur· & tamen quandã
uocem patriſ ſonuiſſe· quae
V uox non ſit filii; In carne au
tem natum & paſſum· et re
ſurrexiſſe et aſcendiſſe· non
niſi filium· in columbae
autem ſpecie ueniſſe· non
niſi ſpm̄ ſcm̄ intellegere
uolunt· quomodo et illã
uocem quae non niſi pa
triſ fuit trinitaſ fecerit· &
illam carnem in qua non
niſi filiuſ de uirgine natuſ
ē· eadem trinitaſ creauerit·
& illam columbae ſpecie͂·
in qua non niſi ſpſ̄ ſcſ̄· aut
ſi quaedam ſimul faciunt·
quaedam ſine inuicem·
tã non inſeparabiliſ trinitaſ·
Mouet etiam· quomodo
ſpſ̄ ſcſ̄ in trinitate ſit· que͂
nec pater nec filiuſ· nec
ambo genuerint· cum ſit
VI· ſpſ̄ et patriſ et filii· Quia
ergo quaerunt iſta homi
neſ· & tedio nobiſ ſunt·

ut ſiquid hinc ex dono dī
ſapit infirmitaſ nr̄a· ediſ
ſeramuſ eiſ ut poſſumuſ·
Neq; enim inuidia tabeſcen
te iter habeamuſ· ſi dicimuſ
noſ nihil de talibuſ rebuſ
cogitare ſolere mentiemur·
Si autem fatemur iſta ha
bitare in cogitationibuſ
nr̄iſ· quo rapimur amore
indagandae ueritatiſ· fla
gitant iure caritatiſ· ut eiſ
indicemuſ· quid hinc exco
gitare potuerimuſ·
VII· Recte ergo ipſe dſ̄ trinitaſ
intellegitur· beatuſ et ſoluſ
potenſ· oſtendenſ aduentũ
dn̄i nr̄i ihu xp̄i temporib;
ꝓpriiſ· Sic enim dictum ē·
ſoluſ habet inmortalitatẽ·
quomodo dictum eſt· qui
facit mirabilia ſoluſ· Quod
uelim ſcire· de quo dictum
accipiunt· Si de patre tan
tum· quomodo ergo uerũ
eſt· quod ipſe filiuſ dicit· quae
cumq; enim pater facit· hec

eadem et filiuſ facit ſimiliter·

An quicquam eſt inter mira
bilia mirabiliuſ· quam reſu
ſcitare et uiuificare mortuoſ·

Dicit autem idem filiuſ· Sicut
pater ſuſcitat mortuoſ et ui
uificat· ſic et filiuſ quoſ uult
uiuificat· Quomodo ergo
ſoluſ facit mirabilia· cum
haec uerba nec patrem tan
tum· nec filium tantum p
mittant intellegi· ſed utiq·
dm̄ unum uerum ſolum·
ideſt patrem filium· et ſpm̄
ſcm̄· Item dicit idem apl̄ſ·

Nobiſ unuſ dſ· pater. ex quo
omnia· et noſ in ipſo· et
unuſ dn̄ſ ihc xp̄c· p quem
omnia· et noſ per ipſum·

quiſ dubitat cum omnia quę
creata ſunt dicere· Sicut
iohanneſ· Omnia p ipſum
facta ſunt· Quaero itaq·
de quo dicit alio loco· Quo
ex ipſo et p ipſum· et in ipſo
ſunt omnia· ipſi gloria in
ſaecula ſaeculorum·

Sic enim de patre et filio et ſp̄u
ſc̄o· ut ſinguliſ pſoniſ ſingu
la tribuantur· Ex ipſo ex pa
tre· p ipſum p filium· in ipſo
VIII in ſp̄u ſc̄o· Manifeſtum· quod
pater et filiuſ et ſpſ ſc̄ſ unuſ
eſt dſ· quando ſingulariter
intulit· ipſi gl̄a in ſc̄la ſc̄lor·

O altitudo diuitiarum ſapi
entiae et ſcientiae patriſ·
aut filii· aut ſpſ ſci· ſed ſapi
entiae dī· et ſcientiae dī·
quam inſcrutabilia ſunt
iudicia eiuſ· et inueſtigabi
leſ uiae eiuſ· Quiſ enim co
gnouit ſenſum dn̄i· aut
quiſ eiuſ conſiliariuſ fuit·
aut quiſ ei prior dedit·
et retribuetur ei· Quo
niam ex ipſo et p ipſum·
et in ipſo ſunt omnia·
Ipſi gloria in ſaecula
ſaeculor Amen

Si autem hoc de patre tan
tummodo intellegi uo
lunt· quomodo ergo
omnia p patrem facta

sunt· sicut hic dicitur: & omnia
per filium: sicut ad corinthios.
ubi ait: Et unus dominus ihesus christus·
per quem omnia· Et sicut
in euangelio iohannes:
omnia per ipsum facta sunt.
Si enim alia per patrem·
alia per filium: iam non per
patrem omnia· nec omnia
per filium· Si autem omnia
per patrem· & omnia per
filium· eadem per patrem.
quae per filium: Aequalis
est ergo patri filius· et in
separabilis operatio est pa
tris & filii· quia si uel fili
um fecit pater· quem non
fecit ipse filius· non omnia
per ipsum facta sunt. At omnia
per filium facta sunt. Ipse
igitur factus non est· ut
cum patre faceret omnia
quae facta sunt. Quamquam
nec ab ipso uerbo tacuerit
apostolus & apertissime
omnino dixerit. Qui
cum in forma dei esset·
non rapinam arbitratus est
esse se aequalem deo· hic
deum proprie patrem appel
lans· sicut alibi· caput autem
christi deus. Similiter & de spiritu
sancto collecta sunt testimo
nia· quibus ante nos qui
haec disputauerunt· abun
dantius usi sunt· quia et
ipse deus et non creatura· quod
si non creatura non tantum deus·
Nam et homines dicti sunt
dii· sed etiam uerus deus. Ergo
pater & filius prorsus ae
qualis et in trinitatis uni
tate consubstantialis et
coaeternus· Maxime uero
illo loco satis claret· quod spiritus
sanctus non sit creatura· ubi iu
bemur non seruire creaturae·
sed creatori· Non eo modo·
quo iubemur per caritatem
seruire inuicem· sed eo modo·
quo tantum deo seruitur.
Secundum hanc enim seruitutem·
dictum est· Dominum deum tuum
adorabis· et illi soli seruies.

IN NAT SCI MATHIAE AP.
SERMO BEATI AUGUSTINI EPI.

HOC EST PRAE I·
ceptum meum ut dili
gatis inuicem· sicut dilexi uos·
Siue dicatur praeceptum siue
mandatum· ex uno greco utrum
que interpretatur quod est en
tole· Iam uero istam sententi
am et antea dixerat· de qua me
uobis ut potui disputasse me
minisse debetis· Ibi enim sic
ait· Mandatum nouum do
uobis· ut diligatis inuicem· sicut
dilexi uos· ut et uos diligatis in
uicem· Huius itaque manda II·
ti repetitio· commendatio est·
Nisi quod ibi· mandatum in
quit nouum do uobis· hic autem·
hoc est inquit mandatum me
um· Ibi tamquam non fuerit
ante tale mandatum· hic tam
quam non sit aliud eius man
datum· Sed ibi dictum est no
uum ne in uetustate nra per
seueremus· hic dictum est meum·
ne contemnendum putemus·
Quod autem hic ita dixit· hoc est III·
mandatum meum· uel ut non
sit aliud· quid putamus fratres
mei· numquidnam solum eius
de ista dilectione mandatum
est qua diligimus inuicem·
nonne est et aliud maius ut
diligamus deum· An uero de so
la nobis deus dilectione manda
uit· ut alia non requiramus·
IIII Tria certe commendat apostolus
dicens· Manent autem fides·
spes· caritas· tria haec· Maior
autem horum caritas· Et IIII
si in caritate hoc est in dilectio
ne concluduntur duo illa
praecepta· maior tamen di
cta est non sola· De fide igi
tur nobis quam multa sunt·
quam multa de spe· quis po
test cuncta colligere· quis e
numerando sufficere· Sed
intueamur quod ait idem
apostolus· Plenitudo legis
caritas· Ubi ergo caritas e· V